



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S.// Ecclesiae Treverensis
Pars// Prior**

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Avgvstae Treverorum, 1574

VD16 A 766

De irregularitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72595)

nans, sepelietur cum matre tanquam pars, & membrum eius.

Si ecclesia vel altare, vel coemiterium ab Episcopo publicè excommunicato consecratur, vel etiam benedicatur, quia ante reconciliationem, nec celebrare, nec sepelire ibi licet.

De Irregularitate.

Irregularitas est impedimentum canonicum quo quis ad ecclesiasticos ordines promoueri, vel iā promotus, in eis ministrare prohibetur

Infamia iuris vel facti tollit executionem ordinum

Ordinatio ab Episcopo excommunicato, scismatico, hēretico, deposito, suspēso, interdicto: secus si adhuc toleratur ab Ecclesia:

Executio ordinis sacri non habiti.

Si suspēsus excommunicatus maiori excommunicatione, vel interdictus ingerit se diuinis, celebrando, vel aliquid faciendo attributum certo ordini, fit irregularis.

Si celebrat, vel aliquem ordinis actū exequitur in loco interdicto.

Si recipit ordines, etiam minores, in excommunicatione maiori, fit irregularis.

Postremo quomodo fiat aliquis irregularis ex mutilatione, homicidio, vel ex causa sanguinis, vt nec ordinari, nec in ordinibus susceptis ministrare possit petendum est ex Canonistis. Non n. multum pertinet ad laicorum confessiones audiendas, imò nec ad audiendos clericos, quia suspēsi, interdicti, & irregulares, si poeniteant, a peccatis absolui possunt, manente suspensione, interdicto, & irregularitate, & nihilominus dispensatione opus habent, vel Papali, vel Episcopali, vel eorum quibus Papalis, vel Episcopalis auctoritas communicata est. Et post quantacunque poenitentiā si interdicti, irregulares, vel suspēsi a diuinis, celebrarent, vel in diuinis officijs, a quibus prohibiti sunt, ministrarent, peccarent grauiter, quoties id præsumerent.

Dispensatio in Irregularitate.

Habens auctoritatem vel commissionem dispensandi ab irregularitate dicat. Ego auctoritate sanctissimi Domini nostri Papæ, vel auctoritate ordinaria, vel vigore priuilegij tibi concessi & mihi exhibiti, tecum dispenso super irregularitate (vel irregularitatibus) quam (vel quas) contraxisti propter talē & talē causam (vel: si cōtraxisti: quādo est dubiū) in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Quod si cōmissio habet certā formā insertā, absolues eadē & nō alia debet vti.

Ante

JV

I